



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per
sedem Apostolicam**

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

M. Ortwinus ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

Qui fuit in cunctis sapiens. sermone modestus
 felle carens. nulla simplicitate vaser.
 Virtutum exemplar. nulli probitate secundus
 Nobilis ingenio. nobiliorq; fide.
 Cui nil (ceu notum est) deus aut natura negauit
 Quo minus et foelix mente animoq; foret.
 Mollia contemnens vitiose gaudia carnis
 Calcauit Liprie colla nephanda dec.
 Sontibus hic semper grandis pauor. et vitiorum
 Censor. honestatis iusticieq; parens.
 Dunc simul integra et non ficta mente colebant
 Ingenui iuuenes. decrepitiq; senes.
 Deia. delicias. somnos. conuiuia. spernens
 Seruarat modico membra tenella mero.
 Moribus expressit Socratem. vultuq; Latones
 Doctrina Albertum. religione Numam.
 Confessusq; virum sanctos virtutibus ornans
 Gemma sacerdotum. luxq; decorq; fuit.
 Nec minus ostendens que nam via prima salutis
 Eloquio sudit chrisinata sacra suo.
 Tres comites huic semper erant. Eros Elpora Pissis
 Quis magis q; credas arsit amore dei.
 Junge his Metrioten. Phrenadreamq; sorores
 Cumq; Promethea sume Dicaopoliam.
 Sic pia mens. rectiq; tenax. et nescia falsi
 Seruat olympiace regna beata domus.
 Nobilis optato nobis tam fertile germen
 Sueuia. virtutum non sine fruge. dedit.
 Et quis celos teneat (quod credimus omnes)
 Attamen acceptat vota precesq; deus.

M. Orwinus ad Lectorem.

¶ Hec nostra carmina. q̄liacumq; etiā ea sint. hac potissimū rōne
 adiecimus vt luce clari⁹ ostendat Reuchlinistas quosdā impudē
 tissimos. falsitatis crimine reos esse. et nos (vt postremū indicat
 garmē) superioris Alemantie alūnos. maximi semper fecisse. mihiq;
 in hunc vsq; diem fuisse charissimos. Vale feliciter. Nec in ma
 lam partem interpretare. q̄ infinitis ego laceffitus iniuriis. citra
 Epiphionis indignationez. modeste satis illis responderim.

¶ Coloniae ex edibus Quentelianis Anno M. cccc. xvij.
 quinto Idus Martias.